

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5291

Auteur(s) : Alain Julien, fils de Guillaume Julien [particulier]

Bénéficiaire(s) : Thomas Brunel [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, octobre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Alain Julien, fils de Guillaume Julien, vend pour cent six sous et demi à Thomas Brunel de Saint-Aubin-du-Perron une rente de cinq boisseaux de froment, mesure du lieu, à la Saint-Michel et d'un pain et une poule à Noël. Cette rente est due par Guillaume Julien son frère pour des terres de Saint-Aubin-du-Perron.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 16, p. 112-113.

Texte établi d'après a

[Sciunt omnes] presentes et futuri quod ego, Alanus Juliani, filius quondam Willelmi Juliani, de parrochia Sancti Albigni de Albigneio, vendidi et concessi finaliterque dimisi Thome dicto Burnel quinque bussellos frumenti ad mensuram de Albigneio annui redditus ad festum sancti Michaelis et unum panem et unam gallinam ad Natale Domini, quem vero redditum michi debebat annuatim et reddebat ad jamdictos terminos Guillelmus Juliani, frater meus, cum sui homagio pro tota portione mea tocius herbegagii quod possedit dictus Willelmus Juliani, pater meus, et pro quadam pecia terre unam virgatam vel eocirca continente, sitis in dicta parrochia, videlicet portione dicti mesnagii juxta terras as Vareins et Henrici le Terrier ex uno latere et ex alio juxta communium mei et coheredum meorum et butat ex uno capite juxta unum aliud communium nostrum et ex alio juxta viam per quam itur de ecclesia dicte parrochie apud monasterium de Petra ; dicta pecia terre est juncta ex uno latere juxta terram dicti Guillelmi, fratris mei, et ex alio juxta terram Gaufridi le Courtoiz, quam habet uxoris sue ratione et butat juxta terram Guillelmi le Terrier ex uno capite et ex alio juxta terram Nicholai le Courte. Percipiendum, habendum ac in perpetuum possidendum predicto Thome et heredibus suis libere, pacifice et quiete cum omni jure quod in dicto reddito et predicto tenemento habebam et quod habere poteramus ego et heredes mei, sine reclamatione et contradictione aliqua mea et heredum meorum decetero facienda, salvis tamen Normannie capitalibus auxiliis ; et ego siquidem dictus Alanus et heredes mei tenemur et admodo tenebimur dicto Thome et heredibus suis presentem venditionem integre garantizare et deffendere contra omnes bona fide dictumque redditum penitus liberare vel alibi in nostra hereditate proxima valore ad valorem excambiare, si forte garantizare non possemus, dictumque Thomam et heredes suos in dampnum super hiis modis omnibus observare. Pro hac autem venditione et dimissione taliter a me facta, predictus Thomas michi dedit centum sex solidos et dimidium tur. ac persolvit in pecunia munerata ; et ego dictus Alanus hec omnia et singula juravi super sacrosancta Dei evangelia me fideliter servaturum et quod contra premissa decetero per me vel per alium non veniam ullo modo. In cujus rei testimonium perpetuum et

munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno Domini M° CC° LXX° octavo, mense octobris.